

## ARNOLPHVS CAESAR.



**A**Rnolphus filius fuit Carolomanni regis Ba-  
uariæ & ducis Carinthiæ, nepos Ludouici se-  
nioris regis Germaniæ. Cum enim Carolomānus  
sterilem & infœcundam uxorē haberet, ex quadā  
Carentana nobili & pulcherrima fœmina hunc fi-  
lium genuit. Hūc uerò Arnolphum, ob memoriā  
Arnolphi Metensis præsulis, à cuius sancto germi-  
ne Francorū regū prosapia olim pullulauerat, ap-  
pellauit. Corpore erat pccero & forti, cui regia ma-  
iestas natura inesse uidebat. eloquio blādo, literis  
ut tēpora ferebant satis eruditus, & in primis Chri-  
stianæ religioni deditus, quā etiam mirū in modū  
hinc inde auxit ac propagauit.